



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Commentaria In Regvlas Cancellariæ Apostolicæ: Sive In  
Glossemata Alphonsi Sotto, Glossatoris nuncupati**

**Chokier, Jean de**

**Coloniae Agrippinae, 1674**

Reg. XLII. de derogatione Iurispatronatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62377](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62377)

col. 2. de Rescript. tamen si ex opinione Gomeſii loco dicto prædicta And. Neri doctrina dubitabilis videatur, nisi illa intelligatur procedere in defectibus perfonarum, quia in defectu solemnitatis actuum non videtur vera, eò quod talis defectus etiam in genere per clausulam motu proprio, & ex certa scientia purgatur, ut probat Alex. cons. 79. col. 5. vers. circa sextum lib. 1. Plura de tollendis & sanandis variis defectibus vide apud Gomeſi. d. loco.

*Argumenta in Regul. xl. INNOCENTII VIII.  
qua est xlii. PAULI. V.*

1. Papa derogando juri patronatus laicorum non censetur derogare juri patronatus Ducum, Marchionum &c. nisi hoc expresse dicatur.
2. Nullum tempus statutum est ad instituendum quem in beneficio.
3. Superior potest assignare tempus inferiori infra quod instituat, alias devolvitur collatio ad eum.
4. Patrono non presentante infra tempus, nec Episcopo infra sex menses instituyente, collatio devolvitur ad Archiepiscopum, & ab illo ad Papam.
5. Papa potest derogare Juri patronatus laicorum.
6. Legatus etiam à latere non potest derogare juri patronatus laicorum.
7. Quid in jure patronatus laici & clerici conjunctim?
8. Dispositio generalis Papæ non comprehendit Reges, & principes.
9. An hæc regula sit de dandis.
10. Regulæ quæ habent decretum irritans solent dari.
11. Omnes Ecclesiæ Cathedrales Hispaniæ, sive etiam Castellæ, & Galitiæ, sunt de in repatronatus Regis nec Papa confert.
12. Papa reservat sibi institutionem dictis Ecclesiis.
13. Papa potest sibi legem imponere.
14. An Rex Franciæ habeat jus patronatus in Episcopatibus sui regni.
15. Hæc Regula aucta est per Julium & Clementem octavum: & in quo Patrono non presentante intra tempus, jus devolvitur ad superiores.
17. Specificè & determinare tantum Papa derogare potest juri patronatus Illustrum personarum: quod dupliciatur multis modis.
18. Presentationis definitio: est duplex.
19. Patronus Ecclesiasticus habet sex menses ad presentandum à die notitiæ vacationis.
20. Patronus Ecclesiasticus quis?
21. Patronus Laicus quatuor menses habet ad presentandum.
22. Quid intersit inter Patronum Ecclesiasticum & Laicum.
23. Papa non solet derogare juri patronatus Regum & Principum, sed derogaret, non attenditur in Hispania.
24. Legatus de latere an conficiat: bene

- ficia iurispatronatus Ecclesiastici.
25. Papa simpliciter conferens cōsetur iurispatronatus clericorum derogare, si illud sit solum præscriptione, vel privilegio acquisitum.
26. Reservationes Apostolicæ non cōprehendunt beneficia Jurispatronatus laicorum, quoad præsentationem tollendam.
27. Patronus Ecclesiasticus non variat post electionem, etiam si à principio indignum præsentaverit.
28. Nominatio simoniaca, illiusque acceptatio nulla est.
29. Laicus potest præsentare accumulando.
30. Patronus Ecclesiasticus indignum præsentando, privatur jure præsentandi.
31. Papa potest derogare juri patronatus mixto.
32. Legatus à latere potest conferre ecclesiam spectantem ad patronum ecclesiasticum, secus si ad laicum, limita ut ibi.
33. Forma dandi Regulas cancellariæ.
34. Collatio beneficii juris patronatus laici valet, sciēte patrono post quatuor menses.

*Regula xl. INNOCENTII VIII. quæ  
est xlii. Pauli v.*

DE DEROGATIONE IURISPATRONATVS.

Item voluit quod super quovis ecclesiastico beneficio de iure patronatus laicorum non expediatur litteræ, nisi ponatur expressè, quod tale beneficium tanto tempore vacuerit, quod ejus collatio est ad Sedem Apostolicam legitimè devoluta \*, vel ad id patronorum accedat assensus. & si per ipsum iuri patronatus hujusmodi derogare contigerit \*, si jus hujusmodi ad aliquem Regem, Ducem, Marchionem, vel alium Principem pertineat, & de hoc in litteris provisionis vel mandati de providendo de dicto beneficio, mentio facta non fuerit, non ceasetur iuri hujusmodi fore quomodolibet derogatum.

GLOSSEMA ALPHONSI.

Si Regula dicit quod si impetretur beneficium iurispatronatus laicorum & supplicatio sit signata, tamen bullæ non debent expediri nisi cum illa clausula, quod tanto tempore vacaverit beneficium, quod ejus collatio sit ad Sedem Apostolicam legitimè

Ddd a

legitimè

legitimè devoluta: vel alia clausula, quod Papa providet impetranti, dum tamen ad id patronorum accedat assensus. Si tamen Papa derogat iuri patronatus laicorum quoad beneficium impetratum, tunc non censetur derogare iuri patronatus Regum, Ducum, vel Marchionum, vel alterius Principis, nisi hoc expresse dicatur in derogatione, hoc dicit not. anter ista regula. Sed certè quod dicit primum ista regula, videlicet si tanto tempore vacaverit & c. pro nunc nescio intelligere hoc, nisi uno modo ut dicam. Nam de nullo tempore est statutum ad institutionem, nam institutio est ad presentationem patroni, & collatio sine presentatione, & sic loquitur totus titulus de Instit. & quod hoc statutum quod nullum tempus est statutum ad institutionem, sufficit decisio Rota. c. c. quæ incipit: Item secundum omnes Dominos, & hoc etiam dicit Abb. cap. 11. de concess. præb. in d. Superior potest assignare tempus inferiori, etiam breve infra quod instituat, alias devolvitur collatio ad eum, ut dicit Abb. supra & sentit decis. prædicta. Sed si hoc est verum, quomodo collatio debet devolvi ad Papam si nullum tempus est statutum à iure? sed debet intelligi quod patronus non presentavit infra tempus, & tunc iam non dicitur institutio, sed collatio, & Episcopus ad quem pertinebat institutio contulit infra sex menses, & tunc non devolvitur ad Archiepiscopum, & de Archiepiscopo ad Papam, d. capit. secundo de concess. præb. & tunc nullum prædictum fit patrono laico: vel si forte pertinebat institutio ad inferiorem Prelatum Episcopo: tunc per negligentiam patroni devolvitur collatio ad Episcopum, ut dicit gloss. singularis in clem. 1. de suppl. negl. prælat. quam not. Abb. in dicto cap. 2. & tunc per negligentiam ipsius Episcopi & c. devolvitur prout supra dixi: alias non possit intelligi nisi in mera collatione, & non in institutione, quæ non devolvitur si patronus non fuit negligens per prædicta iura & per iura vulgaria.

Quoad secundam clausulam hic positam videlicet dum tamen consensus patroni accedat & c. hoc est certum quod Papa potest derogare iuri patronatus laicorum, ut notatur in c. dilectus de offic. leg. & c. cum dilectus de iure pat. & facit glo. & d. Domini in c. 11. de præbend. lib. vi. Tamen in dubio non videtur derogare iuri ipsius cap. super eo. de offic. deleg. cum alijs multis & ideo se iustificat hic satis: sed ego intellexi quod fuit expedita una bulla hic in Curia per Cameram sine supplicatione in qua Papa derogabat iuri patronatus laicorum ut dicit gl. & malè: De legato vero, etiam de latere, quod non possit derogare iuri patronatus laicorum non est dubitandum per d. c. dilectus de offic. leg. & c. cum dilectus de iure patron.

Vidi tamen dubitari in curia, an possit derogari iuri patronatus laici & clerici coniunctim, & in legatione Domini Vlipbonen. ego respondi quod non: & allegavi Abb. in d. c. dilectus in fin. col. qui refert Gasparè de Al. pro & contra & allegat Abb. gl. in c. unico de iure pat. lib. vi. hæc tamen q. non venit coram legato: sed dicit tenebant contrarium. & hoc facit pro causa Prioratus Eulginen. dioc. maxime quia si legatus non derogavit iuri pat. laici & clerici: & si fecisset nihil valuisset, per prædicta. Circa tertium est notandum, quod quantumcumq. sit dispositio generalis non videtur comprehensivè

comprehendere Reges & alios magnos Principes, & ad hoc sufficit c. fi. de off. de-  
leg. lib. vi. & cap. ne aliquid de privil. lib. eo de quo dixi satis in quæstionibus  
Cardinalium in xvii. quæstio, & per prædicta jura & per jura vulgaria, & hæc  
pronunc.

Et circa istam ultimam partem, credo quod esset danda ista Regula: quia concernit  
iustitiam. Item quia continet quasi decretum irritans ibi, non censetur juri hu-  
jusmodi quomodolibet derogatum &c. facit quod dicit Anton. in clem. 1.  
super gloss. in verbo nullatenus de sequent.

Et quando habet decretum irritans solet dari, ut dixit mihi Iacob. de Rizonibus Ab-  
breviator, bonus canonista. sed cautela posset esse circa utraque quod transiret  
bulla per Camera cum una taxa ulteriori, & ista regula non obstaret: quia est re-  
gula Cancellaria, & non Camera, ut dixi supra in xxxvi. Regula: Non stet  
commissio &c.

Et per finem huius Regula posset dici quod ex quo omnes Ecclesie Cathedrales Hispa-  
nie, & est Castelle & Gallie pertineant ad ius patronatus Regis Castelle per text. sim-  
gul. in cap. cum longè lxxi. distinctio. & in cap. de hoc §. fin. cum glo. de  
Imoni, quod provisio facta per Papam de Ecclesia Cathedrali sine presentatione, vel  
consensu regis, non valeat: & hoc etiam fundare possem etiam de iure communi  
cap. decernimus xvii. quæst. viii. ex quo etiam sequitur quod si aliter fiat;  
lex potest resistere provisioni Papæ aliter facta, de quo allego in similibus Inno-  
cent. in cap. quod sicut de electio. & ibi Doctor. & in cap. super his de accu-  
sat. & Doctores maxime Abb. in cap. 1. & cap. cum terra & cap. cum inter u-  
niversas de elect. & non curo allegare Domi. in c. cum certa de elect. & non  
obstat quod Papa supra in 11. Regula reservat omnes Cathedrales Ecclesias sibi &c. qui  
potest dici quia non intelligitur de illis, ubi Reges habent ius patronatus, ex quo Papa non  
facit mentionem iuris patronatus Regum per hanc Regulam. Verum est tamen quod si  
pertinet ad ius patronatus, quod Papa videtur reservare quoad se illud quod pertinet  
ad inferiores Prælatos scilicet quod non instituitur:

Item quod non eligant Canonici, & quod Archiepiscopus non confirmet, sed non deroga-  
turi patronatus Regum, per supradicta, & ad hoc facit l. 1. §. Pomponius ff. quod  
cum falso tut. juncto c. si eo tempore de elect. lib. vi. quia ista possunt dividi: i-  
dem valet reservatio quoad partem, & quoad aliam partem non. Ex quo sequitur quod  
Brex Castelle debet presentare Episcopos Papæ, & non Archiepiscopos suis, tamen Papa te-  
netur providere presentato per Regem, alias potest dici, salva auctoritate Sedis Apostoli-  
cæ, quod non valet eius provisio, per supradicta, & per hanc Regulam: nam Papa potest  
semper imponere legem per clausulam derogatoriam, si non facit mentionem de illa clau-  
sula, hoc est quod dicit Bal. in præl. feu. in xiii. col. quem sic intelligo: & allegat  
lib. lxxi. in c. 1. de constit. lib. vi. & pro hoc facit pragmatica Francia, juncto c. ha-  
buit,

Ddd 3

buit,

buit. alias est §. xvi. q. 1. sed de Rege Francia non est textus expressè in Episcop. tit. nec etiam de alijs Regibus, sed de Regibus Hispania sic ut dicit: & dictum Archiepiscopus in c. lectis lxiii. dist. quod sequitur Bald. in præmio decretalium in l. iiii. col. b. in capitulo quanto de iudic. loquitur de iure patronatus quod capitur pro præsentatione quam habet quilibet Rex in Ecclesijs Cathedralibus sui Regni, ratione filij, & non aliter.

## COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

**A** *Ista Regula*) Hodie auctior facta est hæc Innocentij Regula per alios pontifices: nam Julius III. post verba legitime est devoluta, addidit, vel quia tempus patronis laicis ad præsentandum à iure præfixum lapsum existat, quod est quatuor mensium à vacatione beneficii; c. unico, de iurepatr. in 6. CLEMENS vero VIII. post verba derogare contigerit, addidit: Iuris patronatus huiusmodi mentio dispositione ac specificè & determinatè, non autem conditionaliter fiat. Hæc ampliatio probavit quoque PAULUS V. ter maximus pontifex, ut in ipsius Regulis apparet, sed quorsum addita prima sit, non satis video, nec ipse Rebuffus: cum ita constet, quod etiam citra eam jus devolvatur ad superiorem, quando intra tempus præstitutum patronus non præsentavit, iuxta clem. unic. am. ubi glo. Cardin. de suppl. neg. pralator. nisi dicas, ut inquit rebuffus, in praxi in terris, & nature verbo Nec non; quod elapso tempore præsentationis non est devolutum jus ad papam, sed ad Episcopum, vel alium instituentem; quod si instituent non conferat, devolvitur ad alium, donec ad papam devolutum fuerit. Secunda verò clausula addita est, ut magis servaretur illud jus patronatus illustri personarum: unde si non sit ei specificè & determinatè derogatum, ejusmodi provisio erit nulla, ut in simili notat Innocent. in c. quod sicut de electio. quia aliter non conferetur juri Regis, vel principis derogatum Felij in tract. quando sita Apost. noceant patronis Ecclesiarum num. 1. Lesius de iust. & iure lib. 2. c. 34. dist. 9. num. 36. ea enim quæ notabiliter fiunt, nisi specialiter notentur, videntur quasi neglecta. Item apud §. ait prator, de iureiur. licet ante tempora Julij III. conditionaliter derogabatur, non autem præcisè, seu specificè, & subsistebat provisio, sed nunc requiritur specificæ derogatio: quod procedit, etiam si papa mandaret provideri de beneficio ad cujuscunque dispositionem pertinet, quia non comprehendet dispositionem spectantem ad præsentationem laicorum Covar. pract. q. c. 36. num. 2. Felij d. tract. num. 2. ubi etiam ulterius ampliat etiam si papa scriberet proprio motu: imò etiam si in literis diceretur quod provideatur Titio de beneficio, quod spectaret ad alicujus præsentationem, quia non intelligeretur jus patronatus laicum comprehensum sub ejusmodi dispositione.

dispositione, & etiamsi diceretur ad presentationem quoruncumque, maxime si hanc regulam attendamus, quæ dat formam dispositioni papæ: quæ etiam extenditur ad permutationes quæ fiunt in Rom. Curia quia non valent non facta mentione juris patronatus laicorum, ut diximus in tract. de permut. ben. p. 1. & seq. Denique ampliatur etiamsi jus patronatus competit ex privilegio papæ, & non ex fundatione & etiam in beneficijs reservatis, ut sigillatim de his scribit Felij. in d. tract. num. 3. 4. 5. 6. & seqq. potest enim Papa concedere ex privilegio ut quis efficiatur patronus alicujus Ecclesiæ, paulus de Civ. adim. de iure patronatus, vers. pro sexta causa.

Patronus non præsentavit infra tempus) presentationem definit panormit. in 1.  
 cap. ea noscitur, de his quæ fiunt à Prælat. ut sit persona alicujus per patronum Episcopo, vel alteri ad quem institutio pertinet legitime facta exhibitio: eaque duplex est: quædam enim fit à patrono Ecclesiastico, & hic habet sex menses ad præsentandum à die notitia vacationis computandos d. c. unico de iurepat. in 6. notandus est § 66. in antiq. Dicitur autem patronus ecclesiasticus is qui ex bonis Ecclesiæ fundavit Ecclesiam, vel habet jus illud ratione Ecclesiæ, ut tradit gl. in d. c. illud de iurepat. Rochus de Curte de iurepat. q. 4. Paulus de Cittadini in eod. tract. de iurepat. q. 4. Flam. Paris. tract. de resig. ben. lib. 2. q. 4. nu. 40. & tantum temporis quoque habebit ad præsentandum laicus, si jus patronatus sit mixtum, puta, quando duo sunt patroni quorum alter laicus, alter Capitulum, & Decanus, vel pastor: nam tunc laicus propter societatem habebit sex menses ut not. Jo. And. & Archid. & Lessius de Iust. & iure lib. 2. c. 34. dub. 6. 2.  
 quando autem fit præsentatio à patrono laico solum, tum quatuor habet menses ad præsentandum d. c. unico, diciturque patronus laicus quando Ecclesiam fundavit ex suo matrimonio, vel jus habuit ab eo qui eam de patrimonio, & bonis matrimonialibus construxerat c. cum dilectus de iurepat. Flam. Paris. d. loco.

Hoc autem interest inter utrumque. primò, ut provisio facta per papam de beneficio juris patronatus laici sit nulla, nisi vel lapsum sit tempus à jure præsentandum ad præsentandum, vel patronorum accesserit consensus, deinde nisi expressè in litteris per clausulam derogatoriam exprimat ut diximus, & notat DD. in c. 7. de preb. in 6. arg. c. super eo de off. deleg. Nec sufficit ut in litteris collationis dicatur, Conferimus petro hoc beneficium ad cujuscumque presentationem, vel collationem pertinet: sed expressè ut diximus debet derogare patronati laico, ut testatur Rota decisio 331. & docet Covar. pract. q. c. 36. num. 2. quod & probat Leo Lessius tract. de Iust. & iure d. c. 34. dub. 8. num. 36. eoque casu papa potest conferre absque ullo patronorum consensu ut fuit resolutum in una littere. beneficii 13. Novemb. 1615. coram R. P. D. Verospio quæ extat apud Farinacium dec. 688. p. 1. in Noviss. Quod si sit jus patronatus Regum, vel Principum illi ipsi debet exprimi determinatè, ut habetur in Reg. CLEMENTIS VIII. quamquam

quamquam huic non solet Papa derogare etiam si vacent eiusmodi beneficia in Curia, teste Flam. Paris. d. q. 4. num. 47. & si derogaret non attendetur in Hispania ut not. Covar. pract. q. c. 36. num. 6. In beneficio autem Juris patronatus Ecclesiastici valebit provisio papæ, etiam non facta illius mentione vel derogatione, sed papa imò & Legatus jure suo conferunt, etiam sine patronorum consensu d. c. cum dilectus. Selya de beneficio in 3. p. q. 11. num. 29. Rebuff. in pract. in 3. p. fig. verbo, cum derogatione: nam per simplicem Collationem factam à papa confertur juris patronatus clericorum derogatum Flam. Paris. d. q. 4. num. 28. Lesius d. c. 34. dub. 8. num. 38. & 48. ubi etiam subjicit, quod papa potest etiam derogare juri patronatus laicorum sine expressa clausula, si illud sit solum privilegium, vel etiam præscriptione acquisitum, modo tamen non constet à laico esse fundatum, imò etiam Legatus poterit tale beneficium sine præsentatione conferre, & est communis DD. sententia teste Covar. pract. q. c. 35. num. 5.

Et quibus infertur reservationes Apostolicas beneficiorum quæ sunt propter crimen, vel quia contingit beneficia vacare apud Sedem Apostolicam, vel ob aliam rationem ex juris communis, vel Regularum Cancell. dispositione non comprehendere beneficia Juris patronatus laicorum, quoad eorum præsentationem tollendam; bene tamen quoad institutionem, quæ prælati competit: hæc enim tunc petenda est à S. Pontifice, ut hic noster docet Alphonsus in si. vers. Verum est tamen, & Leo Lessius d. c. 34. dub. 9. num. 37. ubi hoc intelligit cum Covar. d. c. 36. num. 5. de Episcopatibus, Abbatibus, prioratibus, Decanatus, & aliis dignitatibus quæ S. Pontifici per Reg. 2. & 3. cessantibus Concord. reservantur: non autem de beneficiis minoribus, quorum præsentatio ad laicos pertinet: hæc enim quod sint Juris patronatus laicorum ab omnibus reservationibus esse exempta etiam quoad institutionem à Prælati faciendam, docet Lessius d. loco.

Secundò, hoc interest inter patronum Ecclesiasticum, & patronum laicum ut ille non variet post electionem alium præsentando, etiam si à principio indignum præsentaverit: quia habetur pro electione, & confert jus præsentationis Paulus de Cist. ad inis tract. de Iurepat. art. 3. p. 6. in pr. (quod fallit, nisi simoniace nominaverit: nam nedum nominatio simoniaca est nulla: sed etiam acceptatio, provisio, & præsentatio inde provenientes dicuntur simoniace Mohel. dec. 4. de Iurepat.) Laicus verò potest accumulare præsentando Zabar. in Cl. univ. 13. q. de Iurepat. Innoc. in c. præposuit de filiis presbyt. & in c. cum autem de Iurepat. Rochus de Curte de Iurepat. in verbo honorificum q. 35. & seq. Abb. in cap. quod autem de Iurepatronat.

Tertiò, patronus Ecclesiasticus providet vacantem Ecclesiam, non etiam laicus, qui solum habet illius tutelam & defensionem glo. in cap. Cum vos. q. 1. in Parer. ibi dicit se alibi necire meliorem in verbo Occurrat in si. de offi. ord.



Quartò, patronus Ecclesiasticus scienter indignum præsentando, privatur  
iure præsentandi; secus est autem in laico gloss. in cap. Cameros de offic. ord. & ibi  
legit. And.

*Papa non potest derogare*) Hodie derogatur in totum in casibus infra scriptis.  
Primo in vacatione per obitum apud Sedem. Secundo, in vacatione per resigna-  
tionem ex causa permutationis. Tertio, quando beneficium vel jus patro-  
natus est litigiosum. Quartò, quando patroni in præsentatione commiserunt  
simoniã. Quintò, quando provisio est pro filio patroni vel pro cõpatrono. Sex-  
to, quando Juspatronatus est mixtum, *Mohed. dec. 156. in. ff.* quia in tali mixtu-  
re minet qualitas patronatus laicalis, *Felji in tract. quando litt. Apost. noceant pa-  
tronis Ecclesiasticis. Flam. Paris. de resignat. benef. lib. 2. q. 4. Nicol. Garcia de ben. p. 5. c. 1. § 1. n. 11. num. 587.*

Verùm adverte, quod in nova provisione beneficij Jurispatronatus laicorũ  
quo cavetur ne quis illud obtinere possit, nisi præbyter existat, adjici solet  
clausula sequens; Et dummodo provisiones sint in hoc concordēs, & quod du-  
rante minoræ ætate donec Orator sacerdos fiat, beneficium prædictum de-  
bitis non fraudetur obsequiis, sed in reliquis fundatio servetur: & si Orator  
adveniente legitima ætate non se fecerit ad dictos ordines promovendi, benefi-  
cium prædictum vacet eo ipso, & Orator ad restitutionem fructuum interim  
perceptorum teneatur: & committatur in forma dignum novissima, & verifi-  
cato imprimis dicto Jurispatronatu ex fundatione vel dotatione coram loci  
Ordinario. Nota insuper quod concessio Jurispatronatus cum clausula quod  
non possit derogari &c. non censetur derogatum per simplicem derogationem  
in defectu intentionis concedentis, ut resolvit Rota in una *Lucana Canonicatus*  
*14. May 1590. coram R. P. D. Bubalo*, quæ extat apud *Farinacium dec. 4. num. 7. p. 2.*  
*in Noviss.* Denique quomodo probetur Jus patronatus sive laicum, sive Ec-  
clesiasticum, hic non dico; quia non est hujus loci, adeatur *Malcadius tract. de*  
*probat. vol. 2. Menoch. de Presumpt. Farinacius dec. 360. & 374. 548. & 235. p. 2.*  
*in Noviss.* Rochus de Curte, Lamberinus, & Paulus de Cittadiniis, & alii qui  
scripserunt de Jurispatronatu ex professo.

*De Legato verò*) Hinc etiam collige, quod Juspatronatus Ecclesiasticorum  
limita latè pateat, ut Juspatronatus laicorum. Nam potest Legatus delate-  
re conferre Ecclesiam spectantem ad patronum ecclesiasticum; quod aliud est  
in ecclesia ad patronum laicum spectante, quia non potest tunc talis legatus,  
vel prælatus, talè ecclesiam conferre ut not. in e. *cum dilectus de iurepat. Nicol. Gar-  
cia de ben. p. 5. c. 3. nu. 63. qui multos citat.* quod limitari nisi competat jus laico præ-  
sentandi ex consuetudine vel privilegio *Fred. de Senis conf. 65. Staphil. de litter.*  
*grat. tit. de modo & forma present. vers. quarto venditione:* quia valent litteræ apost.  
non facientes de eo mentionem: nam cessat ratio de retrahendo à fundatione

ex quo præsupponitur quod patroni ex præscriptione non fundaverint Cardinal. consil. 61. incip. vacante, Garcia dicit. cap. 3. num. 72.

**E** Quod esset danda ) Ut istud tyrones intelligant, repetant quæ scripti supra ad Regul. 28. de regulis Cancellaria producendis Formam verò dationis Regularum Cancellariæ ponit Hieronij, paulus in lib. cui titulum fecit *Provinciale ecclesiarum* sive practica Cancellariæ quem librum à S. Apostolica approbatum scribit Cancellarius in clem. 2. §. Irritum in 3. q. de electio.

**F** Jus patronatus Regis Castellæ ) Idem sentit Flam. Paris. de Resig. lib. 2. q. 4. m. 42. Porro de iure patron. Regum Castellæ sive Hispaniæ, vide Gregor. Lopez in c. cum longè 63. dist. & lib. 1. tit. 6. lib. 1. Recopilationis ubi Azmedo, Palacios Rubios in c. per vestras. de donat. inter vir & uxor & in libello de beneficijs in Curia vacantibus §. 8. Covar. in Reg. Possessor 2. p. §. 10. num. 5. & 6. Spino de Testam. gl. 4. n. 13. Bobadillum in sua politica lib. 2. c. 18. num. 215. & alios relatos per Nicol. Garciam de ben. p. 5. c. 1. §. 4. num. 214.

De iure patronatus autem Regum Galliæ vide Carolum de Grassal. lib. 2. Regalium Francia, iure tertio, Agidium le Maistre in suis dec. Guiliel. Bened. in Repet. c. Raynuius, de testam. verbo. Et uxorem nomine Adalastam num. 78.

Porro prædicti Reges habent jus præsentandi Episcopos Papæ, à quo facienda est provisio, ut notat hic Glossographus & Garcia d. loco. Huicque juri patronatus Regibus competenti nunquam per Papam derogatur ut diximus etiam si beneficia apud Sedem vacent, ut præter alios scribit Rebuff. in practica 3. p. signatura verbo iure patronatus num. 64. & Flam. Paris. lib. 2. de resig. qu. 4. m. 47. Nec obstat quod Reg. 2. supra reservat Cathedrales: quia non intelligitur de illis ubi Reges habent jus patronatus, ut rectè præter nostrum Glossographum, notat palacios Rubios in d. libello de benef. in Curia vacant. §. 11. & Covar. pract. quæst. cap. 36. num. 2. & 6.

**G** Sine consensu Regis non valet ) Limita singulariter, nisi rex vel patronus de quibus impetrans non fecit mentionem, scientes hoc, taceant per quatuor menses: quia collatio remanet valida, & nequeant amplius opponere. Ita Felsj. in d. tract. quando litteræ Apostolicæ noc. patron. Eccles. qui citat Cardinal. in Clem. 1. col. 15. vers. sed post longam. de Supple. neg. pralat. alias limitationes vide apud eundem Felsj. d. tract. num. 11. & seqq. vide etiam Farinacium de resig. 66. ubi ponit sex casus quibus devolutio juris patronatus locum habet.

Arr.